

E N N E A S O C T A V A.

1. An ex omni distinctione reali multitudo resultet?
2. Quænam sit animæ sedes?
3. Utrum fractionum multiplicatio & divisio sit propriè sic dicta & revera talis?
4. Quî fiat, quod in multiplicatione integrorum justum prodeat quæsitum; in partium v. eorundem integrantium, justò majus?
5. Utrum orbés cœlestes sint reales?
6. Utrum certum tempus partus humani determinari possit?
7. Quî fiat, quod specula concava sphærica facilè incendium parent; convexa, plana, columnaria &c. non item?
8. An in virtuosum verecundia cadat?
9. Utrum in adversâ, vel in secundâ fortunâ magis egeamus amico?

E N N E A S N O N A.

1. An sit Grammatici Oratorum, Poetarum & Historicorum scripta interpretari?
2. An conjunctiones causativæ semper rei causam importent?
3. An subjecto Metaphysices principia & affectiones verè tribui possint?
4. An Relatio per unionem potius definienda, an tantum per respectum ad aliud mutuaque habitudinem?
5. An verbum cognoscendi per Synechdochen generis conjugalem consuetudinem significet?
6. An omnes mentis actiones intrâ ipsam mentem ejusq; organa perficiantur?
7. An qui pauca elargitur, tam possit esse liberalis, quàm qui multa?
8. An jurisdictionem secularem potestatemq; politicam Papa Romanus sibi arrogare possit, aut debeat?
9. Utrum Hosius Episcopus Cordubensis, ad tollenda inter Alexandrum & Arium, ut & Ægyptios de Paschatis celebratione dif-